


Yunnan
1985






SXVIII 2485 -

Entregó el 5 y el 6 de diciembre
M. Lingueau la colección
a la Universidad de Boesca.

Fabla

Despo Sexmones, yc las materiaias que
Coniene este tomo de la libra xii.

- 1º Sexmon Funerario Predicado en las honras del S.º Sor Dean de Sevilla.
- 2º Sexmon Panegírico de Sta María Magdalena en Sevilla
- 3º Sexmon Funerario Predicado en las honras del R.º P. M. Fr. Fran. Xavier Go Relicario: Estimado En su convento de S.º Fran. de Paula Sevilla
- 4º Razonamiento de la Universidad de Baeza-
- 5º Idem de la Universidad de Granada
- 6º Poema Místico en la Profesión de Sor María de las Nieves, en el convento de Carmelitas Calzadas de Sra Santa Ana de Sevilla
- 7º Sexmon Funerario Predicado del P. Presentado Fr. Iph de Sta Ingr-
vaxa del orden del Carmen Calzado,
en el convento de Sevilla



4.

EXELOCUTIO
FACTA
A FRATRE DIDACO
Josepho Gaditano,
HUMILLIMO CAPUCCINO , ET
MISSIONARIO APOSTOLICO,
IN ALMA , INSIGNIQUE BIATIENSI UNIVERSITATE
PRO COLLATIONE GRADUUM
MAGISTERIJ , ET DOCTORATUS,
DIE DECIMA FEBRUARIJ ANNO DOMINI
M. DCC. LXXXII.

PRAESENTE ILL.MO AC R.MO
D. D. AUGUSTINO RUBIN DE ZEVALLOS
DIGNISSIMO EPISCOPO GIENNENSI.

GIENNIJ:

Apud PETRUM DE DOBLAS, Typographum.

EXCELENTÍSSIMO
ESTATE
PRO FRAUDACO
Josepho Gasparino
HUMILISSIMO CAPUCCINO
MISSIONARIO APOSTOLICO
IN ALIA, INGENIO RITANIS UNIVERSITATE
PRO COLEGATIONE GRADUUM
MAGISTERI, ET DOCTORATI
DIE DECIMA FEBRUALI ANNO DOMINI
M. DCC. LXXXII.
PRÆSENTE MILIO AC ROMA
D. AUGUSTINO RUBRI DE SEAVILOS
DIGNISSIMO EPISCOPO GIBINNUS.

GIBINNI:

AB PETRUM DE DOBLAS, Typographum

ALLOCUTIO FACTA
A FRATRE DIDACO JOSEPHO
GADITANO,
HUMILLIMO CAPUCCINO, ET MISSIONARIO
APOSTOLICO.

DOMINUS Pauperem facit, et ditat, humiliat, et sublevat, suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat Pauperem, ut sedeat cum Principibus. Hodiè utique, (Illme. Dne., Doctores, et Magistri Sapientissimi, Patres, ac Domini mei colendissimi, toto orbe supra modum conspicui) hodiè, inquam, utique impleta est haec Scriptura in oculis vestris; pauper namque sum Ego, et in laboribus à juventute mea; exaltatus autem, humiliatus sum, et conturbatus, quia substantia mea tanquam nihilum ante Deum meum, et ante omnem ejus creaturam, praesertim ante Vos, Praeclarissimi Patres; Dominis enim Deus, qui de limo

terrae , et de nihilo plasmavit , et fecit hominem , et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae , ut factus esset homo in animam viventem , ipse de sordido , exiguo , et abjecto pulvere lebavit me , et possuit me quasi sagitam electam , ac de pharetra sua eduxit me , ut animas illi mortuas , vita , spiritu verbi vivificarem , et vivas , mortuas facerem vitali morte , pecato. In sterquilinio insuper mearum jacebam iniquitatum , ubi saniem plagarum mearum passionum testa radebam fragilitatis , et pusillanimitatis meae , cum ille qui de stercore erigit pauperem , ut sedeat cum Principibus , cum Principibus Populi sui , me sicut alterum Saül sedere fecit inter Prophétas , Doctores , et Magistros suos , non meis meritis , sed sola dignatione misericordiae suae.

; Dicant nunc qui timent Dóminum , dicat nunc Israël , dicat nunc Domus Aarón , dicant denique omnes Populi , Tribus , et Linguae : Manhú ! ; Quid est hoc ? ; Núm et Saül inter Prophétas ? Sed utique dicetis mihi hanc similitudinem : sic honorari debet quemcumque Rex (immortalis , et invisibilis) honorare desiderat. Sistite Patres , et Dómini mei dilectissimi , et videte cui honorem praestatis. Cui ? ; Nonnè stolido Nabáli ? ; Asinae Baláami ? ; Iniquitatis Vilico ? ; Utinam non sic res se haberet coram Dómino ! Vidi et miratus sum , et seqüentibus me dixi : Non inveni tantam fidem in Israël , in universa Baetica nostra cùm ad pertransitum , et deinde ad ingressum in Populum istum egressi sunt Pusilli , et Magni , Juvenes , et Virgines ,

Senes cùm Junioribus , commotaq[ue] est , ut occurreret mihi universa Civitas dicens : {Quis est hic ? Sed et Ego in amaritudine animae meae loquebar absque verbis , ajebam in silentio , vel interrogabam ad Turbas : {Quid existis in desertum videre ? {Arundinem vento agitatam ? ¡Utiquè , utiquè , et utinam non conquassatam ! {Quis est hic ? {Adhuc quaeritis inter Vos , quoniam unum opus feci , et omnes miramini ; Verum amatis ? {Noscere vultis ? Verbo veritatis dicam : *Antipoda sum Redemptoris.* {Et hunc honoratis ? ¡Heù me ! ¡Heù me !

{Quid miramini viri Israëlitae , Principes Populi , et Seniores , aut in me quid intuemini ? Quasi mea virtute , aut potestate fecerim hoc verbum quod Dominus ostendit vobis . {Quid in me , inquam , intuemini , ut et vos ita faciatis ? {Virtutem , sive virtutis imaginem , respondentem ad sanctimoniam Domini ? Debitum , dignum , et justum erat ; jsed heù ! Non est sanitas in carne mea , non est pax osibus meis à facie peccatorum meorum ; iniquitates quidem meae supergressae sunt caput meum , et sicut onus grave gravatae sunt super me ; multiplicatae sunt super capillos capitis mei , insuper , et cor meum dereliquit me , verebar , et vereor omnia opera mea etiam bona , quia nemo bonus , nisi solus Deus . Si autem , et sic impius sum , {quare frustrà laboratis ? Si lotus fuero quasi aquis nivis , et fulserint velut mundissimae manus meae , tamen sordibus intinctus ero , et abominabuntur me vestimenta mea ,

quoniam quasi paupérus menstruatae universae justitiae meae; oculos enim habeo plenos incesabilis delicti.

¶ Quid, inquam, miramini? ¶ Sapientiam? ¶ Sed ubi, et undè haec? ¶ An non cognoscitis, quod quasi stultus factus sum inter vos in hac parte? Non enim judicavi, nèc judico me scire aliquid inter vos, nisi JESUM CHRISTUM, et hunc Crucifixum; utique ut jumentum factus sum apud Deum meum, et apud vos, putrueruntque cicatrices meae à facie insipientiae meae, ideo humiliatus, et incurvatus sum usquè in finem. ¶ Quid deniquè miramini? ¶ Bonitatem, virtutem, et sapientiam me mitentis ad vos, qui ut mirabilis, et Sanctus, potens, ac metuendus nimis in omnibus operibus suis appareat, infirma mundi, et ignobilia, et contemptibilia eligit, et ea, quae non sunt, ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus? Si ita est, ut firmitè credo, bene dicitis, et melius facitis, suavis est etenim Dóminus Universi, et miserationes ejus super omnia opera ejus. Ipse enim est, qui pauperem facit, et ditat, humiliat, et sublevat, suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem, ut sedeat cùm Principibus, ideo dignus est accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Soli namquè Deo, et non nobis tribui debet omnis honor, et gloria.


Benedictio igitur sit, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus, et fortitudo Deo

nostro in saecula saeculorum, pro Universis tot, tan-
tisque Beneficijs suis. Vobis denique gratias ago Prae-
clarissimi Doctores, Patres, et Magistri mei colendissi-
mi, quibus faveat Deus pro hac vestra eximia, ma-
ximaque benevolentia, quā me miserum, pauperem,
et abjectum pulverem in vestrum voluistis numerum
computare. Quid est hoc? Clamabo et ego: Nūm et
Saül inter Prophētas? Laudetur Dóminus meus, sit
nomen ejus benedictum in saecula: Et Vos, Doctores,
et Benefactores mei Sapientissimi, benedicti sitis á Dó-
mino Deo excelso pre omnibus hominibus super terram,
quia fecistis misericordiam, et bonitatem hanc cùm fa-
mulo isto vestro Saül: et nūnc retribuet vobis quidem
Dóminus misericordiam, et veritatem; sed et ego red-
dam gratiam, eo quod fecistis verbum istud. Cor meum,
anima mea, et tota voluntas mea apùd vos manebit,
ac inter vos semper erit in signum gratitudinis meae,
ter insupèr Sacrosanctum Missae Sacrificium offeram,
ut Dóminus Deus meus reproprietur vobis post haec,
atquè retribuat gratiam, et vitam aeternam, ut cum
eo regnare possitis in Coelo. Gratia denique Dómini
nostrī JESU CHRISTI, et Charitas Dei, et commu-
nicatio Sancti Spiritus sit cùm omnibus vobis. Fiat,
Fiat. Amen, Amen.


Dixi.


dicatio saudigi spoliatus sit cum omniis popis. Hinc
 nosci JESU CHRISTI, et Christus Dei, et commun-
 co leguisse possitis in Cœlo. Gloriis deuidis Domini
 studio recipiunt gloriam, et vitam secundam, ut cum
 ac integras vos serviret. Quia in signum gratitudinis. misse
 ter insubet Sacrosanctum Missale Sacrae Officium,
 ut Dominus Deus natus rebibitur popis post pasc
 dñis locis missericordiam, et aeternam; sed et ego tec-
 quis estiam, eo quod tecatis aequaliter. Et inveni
 mulo isto anno Sicut: et hunc tempore popis dominum
 dñis locis missericordiam, et aeternam; sed et ego tec-
 quis estiam, eo quod tecatis aequaliter. Et inveni
 uno Deo exercito beati omnium populorum super terram
 et Regnorum mei sapientissimi, regnigii sicut et Do-
 minum inter Prophetas Pandemus, si sit
 non enim eius predicavit in saecula: Et vos, Dogores,
 sancti inter Prophetas Pandemus, si sit
 compuncte; Unde hoc: Quis ergo; Num et
 et alegantur ducentum in ecclesia voluntatis numerum
 ximadne penitentias, dum nec misericordia, beneficium
 mi, dumque iugate, Deus bio pac accessa eximia, us-
 cissimi Dogores, Pastores, et Magisteri mei concubis-
 sis Dei, beneplacitum est, ut Universitas populi
 nosci in saecula saeculatione, bio Universitas tot, rati-
 onis Dei, beneplacitum est, ut Universitas populi

Dñe:











SERMONES
DEL PADRE
CADIZ

5

